

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3027

Auteur(s) : Guillaume de Saint-Rémy, Guernesey (bailli)

Bénéficiaire(s) : Jersey, Saint-Clément, dépendance Le Mont Saint-Michel (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1290, 12 février

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Lettre de Guillaume de St Remy, Bailli de Guernesey, et de Pierre d'Artis, Bailli de Jersey en date de 1290.

Après examen de la cause pendante entre le Prieur de St Clément et Philippe Le Breton, ils ont, conformément au mandement du Roi, convoqué les Jurés du Roi et plusieurs autres discrètes personnes à un certain jour pour entendre les plaidoiries des parties.

Ledit Philippe Le Breton, après avoir échoué dans ses prétentions, s'était rendu contumace.

Les Baillis, en conséquence, après avoir pris l'avis des Jurés du Roi et des autres assistants, font saisir et confisquer les terres et possessions dudit Philippe.

La lettre fut scellée des sceaux des Baillis et du sceau du Bailliage des Iles.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 81, p. 144-146.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris Magister Guillelmus de Sancto Remigio in insula Guenerroii et Petrus dictus Dartuis in insula Gersoii ballivi salutem in Domino. Noverint universi quod cum a serenissimo et illustri Rege et domino nostro nobis esset datum in mandatis ut nos causas, negotia et inquestas diu inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Michaelis in periculo maris et eorum priorem de Sancto Clemente ex parte una et Philippum dictum Britonem ex altera super diversis processibus habitis et ventilatis coram ballivo domini Regis in dicta insula Gersoii examinaremus et fine debito terminaremus vocatis ad hec vocandis prout in mandato dominis Regis plenius continetur. Nos volentes modis omnibus mandatum regium adimplere juratos domini Regis de dicta insula necnon alios discretos homines ut omnis suspicio mali penitus posset removeri ad certos diem et locum dictis partibus assignatos citari fecimus et ad judicium evocari, quibus partibus coram nobis constitutis, auditisque et intellectis hinc inde propositis et responsis et omnibus quecunque partes proponere voluerunt ; cum nos cum juratis et aliis discretis hominibus predictis super hujusmodi negotiis consilium haberemus processusque inquestas et alia acta inter dictas partes examinaremus et diligenter consideraremus per que manifeste apparebat dictum Philippum contra dictos religiosos succubuisse et ab intentione sua cecidisse per diffinitivam sententiam in assisiis per dicti Philippi confessionem prolatam et alias roboratam et confirmatam juxta dicti loci consuetudinem approbatam, dictus Philippus maliciose se absentavit, judicium recipere recusavit et contumaciter recessit, quem ad convincendam ejus maliciam ter fecimus coram nobis per dierum intervalla citari et ad judicium evocari contra dictos religiosos, ut jus esset, processurum et juri pariturum ad certos diem et locum quibus ipse solita et excogitata malicia deffecit fuitque contumax reputatus, tandem nos de dictorum juratorum consilio et aliorum discretorum

virorum terras ipsuis et possessiones, licet acrius contra ipsum de consuetudine insularum possemus procedere, fecimus confiscari et publice arrestari. In cuius rei testimonium et ne processus coram nobis habitus inter dictas partes valeat variari in futurum nos sigilla nostra propria una cum sigillo Ballivie insularum duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, die Lune ante festum beati Valentini.